



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Habitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

arctari. Quia licet vtrisque data sit memorata potestas iure diuino, concessa tamen est ordine hierarchico; vt minores pendeant à maioribus. *art. 7.*

Nequeunt, maiores Prælati sine iusta causa Prælatorum inferiorum ordinariorum potestatem restringere; si secus fecerint, peccabunt, illis iniuriam irrogando, factum tamen tenebit. *ibid.*

Potestas Superiorum in Moniales est ordinaria, quia est à commissione & priuilegio perpetuis; estque tanta, quanta erat proprii per Regulam earum Superioris Protectoris scilicet Ordinis: exceptis quibusdam restrictis quoad electionem Abbatis, & ingressum in Monasterium. Nec hæc potestas in Moniales sanctæ Claræ est per *Concil. Trid. reuocata. art. 8. 9. 10.*

## H A B I T V S.

*Vide Nouitius, Sepultura, Tertiarij.*

Inter leges quæ omnibus fere Regularibus communes sunt, hæc vna est, ne lineis indusiis vestiatur, tur,

tur, & habitu decenti vtantur. *to. 2. quest. 76. art. 1.*

*Ioannes XII.* ordinauit, quòd forma habitus quoad colorè panni, & vtilitatem, in Religione Minorum, Prælatorum arbitrio relinqueretur. *ibid.*

*Sixtus V.* statuit Clericos, vel milites beneficia, vel pensiones obtinentes teneri deferre habitum & tonsuram, & contrauenientibus graues pœnas iniungit. *art. 2.*

Monachus assumptus ad curam Ecclesiæ sæcularis non absoluitur ab habitu Monachali deferendo, cum id non sit contrarium Ecclesiæ sæculari. *art. 3.*

Ad scandalum vitādum licèt Monacho assumpto ad curam, in aliquo se conformare habitui Clericorum sæcularium, & iusta ex causa ac rationabili, non solùm potest habitum transformare, sed & occultare, vtendo tamen habitu sæcularium Clericorum, vt non appareat Monachus de hoc erubescens, vel vt non agnoscat propter vnitatē *secundum Archidiac.* nō euadit mortale peccatum, & excommunicatum,

tionis censuram. *ibidem.*

Fratrem gestantem habitum alterius Religionis, aut ita consimilem; ut credi possit de illa Religione, Episcopus requisitus à Fratribus tenetur censuris cogere ad deponendum, sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ. *art. 4.*

Fratrem Minorem gestare habitum cum Caputio sutum, ab omnibus Religionem zelantibus semper fuit obseruatum, omninôque laudabile est, ac religiosum: verùm cum nusquam reperiatur præceptum, contra facere absque contemptu non videtur esse peccatum. *art. 5.*

Religiosus dimittens habitum ad alium assumendum, etiam Religiosum alterius Religionis (nisi intentione in ea profitendi hoc faciat) ad scelus aliquod mortiferum, aut in tantum tempus, aut ob talem causam & rationem, quòd iudicio boni viri dicatur habitum dimisisse, incurrit excommunicationem *Bonifacij VIII.* aliàs non. *art. 6.*

Sæcularis vtens veste Religiosa virorum, aut mulierum, si ex sola

leui

leuit  
rudin  
mor  
brij,  
hac d  
tate f  
fertur  
Simil  
histric  
art. 7.  
Om  
sexus  
bitu F  
iure t  
lium,  
saluo.  
pora d  
tegum  
deferr  
clesiar  
monit  
volent  
perfit  
I V. V  
Sol  
Minor  
dine P  
Pralat  
comm

leuitate, & sine irrisione vel turpitudine faciat, non videtur peccare mortaliter; secus, si fiat causa ludibrii, vel vituperij. Imò si non fiat hac de causa, sed tamen in rei veritate fiat cum ludibrio, vt cum defertur lasciuè, &c. videtur mortale, Similiter cum ea vtuntur mimi, & histriones exercendo vituperiosa.

art. 7.

Omnibus, & singulis vtriusque sexus personis licet sepeliri in habitu Fratrum Minorum, si id velint, iure tamen Ecclesiarum Parochialium, & cuiuslibet alterius semper saluo. Possunt & sic indutorum corpora discooperta, nullo pallio vel tegumèto superposito, ad sepulturam deferri; excommunicanturque Ecclesiarum Rectores & Curati, si moniti Canonicè taliter sepeliri volentibus impedimentum afferre persistant. art. 8. & 9. ex concess. Sixti IV. Vide Sepultura.

Solius Guardiani est in Ordine Minorum, aut Prioris domus in Ordine Prædicatorum, aut Superioris Pralati, aut alterius cui duxerint committendum, dare habitum iis, qui

qui

204 H A E R E D I T A S.

qui cum eo sepeliri elegerint. *art. 9.*

Tam morientes, & sepeliendi in habitu Fratrum Minorum, quam morientes & sepeliendi in habitu Sororum tertiæ Regulæ S. Francisci, sub obedientia Generalis & Provincialium degentium, consequuntur plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, *ex concess. Leon. X.* qui etiam declaravit sufficere prædictum habitum petere, ac super se usque ad mortem habere, & in eo sepeliri, etsi ante mortem non induatur. *art. 10.*

Osculantes habitum Fratrum Mendicantium, lucrantur quinque annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis, seu dies 2075. *Ex Ioanne XXIII. art. 11.*

H A E R E D I T A S.

*Vide Exheredari, Episcopus, Testamentum,*

**M**onachus factus hæres, non potest adire hæreditatē sine consensu Abbatis, sed eo nolente potest adire Monasterium. *tom. 2. q. 77. art. 1.*

Fratres Minores Observantia  
nulla